Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



quia omnia tua bonitate creasti ⁊ pares omnis
creature inmeritis fuere quia omnium nulla fuere
merita Et unde ergo magna tua bonitas in hac
tua creatura quam fecisti rationabilem quam om
nibus aliis que sunt sine ratione antepoins Quare
non ego sicut ille aut cur non ego sicut omnes
illi aut cur non omnes illi sicut ego aut ego so
lus sicut illi Que mea merita que mea gratia ut me
filium dei posse fieri susceptibilem creares Absit
domine ut aliud sentiam Tua tantum gratia tua
tantum bonitas hoc fecit ut essem particeps dulce
dinis eius Illa igitur gratia qua me de nichilo cre
asti illam queso da michi graciam ut tibi de hoc
refferam graciam ·

Cap. 9 de dispositione dei

Omnipotens manus tua semper
una ⁊ eadem creavit in celo angelos
⁊ in terra vermiculos non superior in
illis non inferior in istis Sicut enim
in illa manus angelum ita in illa
posset creare vermiculum sicut
in illa celum ita in illa minimum arboris folium
Sicut in illa corpus ita in illa unum capillum album
potest facere aut nigrum sed omnipotens manus tua
cui omnia pari modo sunt possibilia Nec enim pos
sibilis est creare celum vermiculum quam angelum
nec possibilis est extendere folium quam celum nec
levius capillum formare quam corpus nec diffici
lius fundare terram super aquas quam aquas fun
dare super terram sed omnia quecumque voluit sic
voluit fecit in celo ⁊ in terra ⁊ in omnibus abissis
⁊ me inter omnia sicut voluit ⁊ sciuit ⁊ potuit Po
tuit quidem manus tua domine me lapidem